DE MYSTICIS SAPIENTIÆ COLVMNIS, ET FILII HOMINIS STELLIS, SACRÆ THESES.

Ad Admod. Reuer. Patrem
FRANCISCVM MANCINI MINORITAM.



Florentię, ad Scalas Abbatię. 1660. Superiorum permissu.

DE MYSTICIS

SAPIENTIÆ COLVMNIS, ET FILII HOMINIS STELLIS, SACRÆ THESES.

Ad Admod. Reuer. Patrem

FRANCISCVM MANCINI MINORITAM.



Florentiæ, ex Scalis Abbatiæ, 1660. Superiorum permissu.

Adm. R. P. Patrono Colendissimo

PATRI FRANCISCO MANCINI DE FLORENTIA

ORDINIS MIN. REGVL. OBSERVANTIÆ Verbi Dei Preconi celebertimo, sac. Theol. Lect. præclaro, Ord. Definit. generali benemerito, & almę Prouin. Tuscię Ministro dignissimo.

Frater Bartholomęus de Romena eiusdem Sodalitij & Prouin. Pręd. Lect. in Omniumq; Sanctorum Florentię Collegio studens gener. S. D. S.

QVOS A. R. P. naturæ portentum, *diademate coronatos, extento rete prudentię prendidisti geminos* Pisces, *gurgitis ima petens; vt non eiusdem genuerunt viscera maris, sic nec sinus eiusdem vnda nutriantur; cum alterum ab Hispanico, alterum ex Thyrreno fretu piscatus fueris. Proinde vtraque cum Te litora venerentur, vtraque norunt, coronis aptum, regimine dignum, sceptra merentem, prout duobus* Piscibus *nobile stemma tuum* coronatis, *prępollet. Propterea cũ Seraphicas super vndas nates alis duabus,* Ministerij *scilicet, &* Consilij, *duplex*

Tibi etiam meritò corona debetur! Duplex inquam; nam Tibi splendidiores virtutes Pallados & Astrea, perpetuum iurarunt homagium. Harum tandem auspicijs, Iustitiæ *videlicet &* Sapientiæ *posuisti* MANCINE *manum tuam, ut de propinquo etiam flumine* P*iscem traheres. Vive igitur, tecum simulq; permaneat illa tua* Benigna *dextera quę Te vexit ad atera, ut Minoritico cœlo, virtutum stellis undequaque perlucidi, Zodiaci Signum ♓ puta aurea connexi catena, gemini Pisces, non desit; ad seculum aureum, & immortalitatis palmam. Tibi ergò Ad. R. P. insolubili quodam amoris nexu* Benigno *sideri iuncto: hæc de Sacramentis axiomata Theologica, sperans perpetuanda semper, nitidiora magis, Tui subnominis immortalitate fulgore;* *D. D. D.*

FIGVRA PRIMA.

S*APIENTIA ædificauit sibi domum excidit columnas septem : Prou. 9.* Sapientia vtiq; incarnata Ecclesiam domum suam à fundamentis erigere cupiens, septem *Sacramēta*, quasi septem *columnas* illi substrauit, in quibus solida inniteretur compagine, aduersus omnes infidelium, & hæreticorum turbines inuiolabilis mansura, tali manu, tali structura, tali arte, talibus columnis superstructa, tali cæmento, nimirùm sanguinis eius, coagmentata. Non ergo Angeli, non homines, non Prophetæ, non Apostoli, huius domus fuere structores, *columnarum* artifices, *Sacramentorum* auctores. Sed ipsi sunt Serui, & Ancillæ missi à Sapientia, vt vocarent ad Ciuitatis huius mœnia, & promulgarent hæc diui a *Sacramenta*, omnesque ad eorum participationem conuocarent. Stando igitur in prçallegata figura, harum

ECTYPA,

INsurgunt ex triplici Figura, vel Idea, quam Architecti *Dispositionem* appellant; puta *Iconographia*, *Ortographia*, & *Scenographia*. Quoniam verò *omnia in figura contingebant* Partibus 1. Corinth. x. *Scenoghraphia*, rudis adumbratio, *Archetypum* est columnarum domus sapientiæ ipsius circino ductum in *spiratis signis naturę*; *Ortographia* erecta frontis imago, item earumdem *graphis*, in columna nubis, hoc est *Mosaycis Sacramentis* efficta, putatur. *Scenographia* optica demonstratio, ipsa dici possunt *ἐκτυπα*, puta pilarum Euangelij prospectiua, vndequaque ad centrum gratiæ respondens. Et quamquam *Iconographici*, *Ortographicique* Typi in æde sancta Naturæ, & Legis absque lateribus, *verbis*, & *verbis* videlicet, surgerent; haud eos negamus sensiles, & sine venustate gratiæ ex opere operato.

STYLOBATES.

LApides pilarum fere modo appositi columnis, totum interpositę fabricę substinentes pondus στυλοβάτης, & quandoq; παςαστας vocat Vitruuius. Dum audis benè fundatam Domum Domini supra firmam petram, *petram* intellige *angularem* Christum, quam *scalpri salubris ictibus, & tunsione plurima*, suo modo diuini *fabri expoliuit malleo*, agonis sui tempore, vt *Plinthides* esset Ecclesię, & *Stylobates*, cui incumberent Sacramentorum *columnæ*, ab ipsa Sapientia diuina, quà humanitati concreta, secundùm excellentiam delegatæ plenitudinis immediatè designatæ; *omnia ei* namque *dedit Pater in manus*; atque *morali vi* cęlo sui meriti in materia sensibili industriosè excisæ. O Charitas! fit benignè hominis Dei ope, quod suo beneplacito pura poterat præstare creatura. Hoc non erubescimus affirmare.

SPIRA.

AD Columnæ basim accessimus. Stylo supposita σπῖρα imum scapũ, Cylindri partem inferiorem, immediatè innixum, sustentat. In re nostra. *Res* vel cuipiam simile, natura sua alteri prior, & ad signandum plura indifferens, nomenclatura metaphorica apud Theologos, *Materia*, in ędificio ecclesiastico *Spirę* officium vindicat, quippè subdita scapis, & substentatiua, seù substrata formæ; tum *morali*, cuismodi sunt Verba; tum *physica*, qualis est significatio Sacramentalis. Ornant σπῖραν Sculptores *Plintho*, *Toro*, *Listello*, *&c.* quæ sunt in *Materia*, rationes quędam sacri signi, designati à Deo determinatique. Vnde res sacra instituta, & signata esse debet; adde, & inuariabilis secũdum substantiam; quoniam *fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id, quod positum est.* 1. Corinth. c. 3. 11.

CAPI-

CAPITVLVM.

In Architectorijs, quod summis insidet scapis, κεφάλιον est cuius vario ornatu, variæ assurgunt speciæ columnæ, *Doricæ, Ionicę, Corinthię, Compositęque*. In subiecta materia adest *forma*, de qua S. August. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*, compositum subaudi metaphoricum, denominatiuè sic. Quod dicit *verbum*, non pariat scrupulum de *formali, & concionatorio:* minimè *primum* exigitur; imò omne id distinctè, magisuè determinatè significans, & si propriè *verbum* non sit, *verbum* dici queit: *secundum* Hæreticis relinque. Sic designata *forma*, & iuxta intentionem Architecti cælata, *capitulum* insurgit, nobilior nempè columnæ pars; Capitulorumque instar, accidentali variationi subditur per *Astragalos, Hipotrachelios, Echinos, &c.* quæ sunt mutationes secundùm *quantitatem, qualitatem, vbi*, vbi, *&c.*

SCAPVS.

COlumnæ *ſtylus*, vel *corpus*, Capitulo, & Spira arte commenſuratis firmatur; eſtque in ſacro Eccleſiæ ædificio figura quædam rationis, reſpectus nuncupata ſigni ad ſignatum, *rebus*, & *verbis*, vt vnum materiale phyſicum efficiunt, cui ipſa pariter exſtat ſimili modo forma, innixa. Referunt nonnulli interdùm *verbis* prçcisè, vt in Pœnitentia; interdùm *rebus* tantùm, vt in Euchariſtia, regi. Hos probabilitatis commendo. In vtroque tamen fundari æquè, & ſemper ſecuritati, & propoſito magis fauet; firmior namque eſt *στύλος*, quem *Spira* ſuſtentat, & *Capitulum* firmat. Prçterea, ſi in artefactis figura ſupra omnes partes materiales cadit, cur non ità figurare in *Sacramentis* artificialibus columnis Domus Sapientiç? Vna eſt ergò penitùs, & indiuiſibilis *relatio*, qua totum ſenſibile *ex rebus* & *verbis* conflatum, ad *gratiam* refertur.

EPI-

EPISTYLIUM.

SVpereminet *Capitulis* ἐπιστύλιον ad *testudinem* firmiter regendam illis superpositum. *Arcus* item antiquorum more, excisis columnis, extruxit Sapientia, fortassis in singularem memoriam, vel quasi monumentum triumphalis victoriæ à Christo reportatæ in Cruce, vbi fortiter dimicans hostes vicit, & *mortem nostram moriendo destruxit*. Mortem nostram, quæ per culpam est, perdidit; dum nobis merita *sanctificatione* proprio cruore vitam reparauit. Ecce fornix & testudineum hexaclinon, quo peccatores seruãtur, & teguntur: *Iustificatio*: arcus fœderis positus in nubibus gratię, hoc est in Ecclesię sacramentis, moralibus tantum *iustitiæ* latibulis. Libet ergò affirmare in mysticis columnis Sapientiæ, *gratiam* fore *Epystilium* fornicis nostræ *Iustificationis* sustentatiuum, & hoc semper, quando peccatorum pondere non premitur.

EVRYTHMIA.

NOnę domus Architecto de vniuersa structura curandum est., 2. Machab. 3. & pręcipuè de venustate aspectus, vel ingenua membrorũ proportione εὐρυθμία Simmetrię species, nuncupata. Periti eam duplicem faciunt, agnoscentes *propriam* quæ inter se, & *prospectiuam*, quæ ad oculum, partium, modulos dicit. Iuxtà hanc exquisitam normam, omnium artifex Sapientia Domus suæ excidit columnas tali sculptas arte, vt *Eurythmia* potirentur *propria* earum rerũ, quarum sunt Sacramenta; & *prospectiua* fidelium, quibus sunt sacra symbola religionis. An verò omnium Columnarum Symmetrica proportio *Dorica* sit, vel *Ionica*, aut *Corinthia*? respondetur quod est *Hetrusca*, seu quarta ex his *composita*; quarè hispidum *Doricum* habet in *rebus*; moderatum *Ionicum* in *verbis*; & *Corinthium* ornatum, in *intentione*;

FIGV-

FIGVRA SECVNDA.

HABEBAT *in dextera sua Stellas septem. Apoc. 1.* Non modico Sacramento Ioannes in ſpiritu ſubuectus, vidit in medio cādelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere, ideſt talari veſtimento, omnia cooperiente vſque ad talos; denotans, quod ipſe omnia peccata noſtra, ignominiam, & nuditatem cooperuit. Quo autem inſtrumento id adeptus ſit, *Habebat,* inquit, *in dextera sua Stellas septem.* Hęc ſunt ſeptem *Sacramenta*, ſuę pietatis, & miſericordiæ dextera in militantis Eccleſiæ cœlo poſita, quibus, tamquam ſacris ſideribus, cœleſtibuſque facibus, peccatorum tenebrę excutiuntur, gratiæ lux diffunditur, ſpiritualis vitæ influxus præſtatur: data propterea vt ſint Chriſtianorum cœtui, quo mundo ſenſibili extant corpora cœleſtia, & præcipuè ſeptem ſtellæ nomenclatura *Planetæ*. Ex ijs proximè occurrit,

BAPTISMVS,

PLanetarum primus sine quo cęteri consternati procumbunt, vti Cynocephalus non apparente *Luna*; cuius instar peccati originalis præest nocti, quam proprio gratię fulgore discutit, & si interdum fictionis interponitur densata caligo, patitur Eclypsim, & non dat lumen suum. Prębet hęc symbolica ☾ in tenebris iter populo terrę; dirigit pedes nostros in viam Ecclesię, & illi nos consignat indelebili nota. Quoniam verò *potestatem habet filios Dei fieri*, sicut ☾ geniturę pręsedit, & nostram spiritualem regenerationem *per aquam in verbo vitæ* operatur; hinc vt illa *in mari via eius*, tum *designationis* iuxta Iordanis vndas factę; tum *effectionis*, validè à ministro exercitę in aquis naturalibus, quibus qui non lauatur, haud saluatur, & si aliàs Iustus. Qui *ignem*, aut *sanguinem* dicunt Baptismi *materiam*, veluti canes latrant contra *Lunam* eamque vertunt in sanguinem.

CON-

CONFIRMATIO,

RAdijs emicat ☿ cœlestis, *lingua*, & *neruorum* Præsidis secundum Astronomos, in *illius* namque collatione olim dona fore largita linguarum, & modo *neruum*, seu robur ad cōfitendum Christi nomen, tradunt Doctores, probantque exemplo Apostolorū, qui confirmati coram Regibus, & filijs Israel, audacter *loquebantur varijs linguis magnalia Dei*, protestabanturue haud posse, *quæ viderant, & audierant, non loqui*. ☿ datur in ♊ diurnum, nocturnum in ♍ domicilium. Pariter in ♍ idest à nullo prius cognita extitit *initiatiuè* Confirmatio in nocte, qua tradebatur Christus, dum cœnę sermone de Chrismate conficiendo edocentur seruuli. Mansit postea *completiuè* sub diu in ♊ quando Apostolis creatis Episcopis, impartita est facultas confirmandi in gemino signo sensibili, puta Chrismate ex *oleo*, *balsamoque* confecto; & verbis illis *signo te*, *signo crucis*, *&c.*

POENITENTIA.

CVm sit actiuè magis, minusue propriè passiuè *Pœna tenentia*, lugubrem quodãmodo induit pallam, & Hespera ♀ altera cogitur, dum suus Adonis ab apro conficitur (*fabula est Solis occidentis*) ideſt, Sol iustitię Dominus à culpę tenebris excipitur, luctu, & męrore contabescere. Hinc vti ♀ quę *ori* præfertur, maximam vim ostendit in humido ♓ contritę videlicet, seu attritę *Confessionis* signo, in quo exaltatur ad Sacramenti rationem vsque, & regnat spiritualis vitę locuples. Secùs in ♍ vbi deijcitur; quoniam si reus delicti, quasi ♍ sterilis, rorem non pariat compunctionis, *Pœnitentia* ♀ est quo ad Sacramenti venustatem, minimè tamen in vitalis gratiæ influxu; & si illi quoque dominetur ea diuina lege, qua semel in anno, per se imperat Baptizatis, quotquot accedente rationis vsu, legis substrauit iugo, culpa lethalis.

EVCARISTIA.

SIcut in specierum rotunditate panis, Solari corpori æquiparata *Solis* speciem refert, sic in ea verè Christus tamquam *in Sole posuit tabernaculum suum*, qui cùm *leo de tribu Iuda* sit appellatus, ☉ in ♌ dici queit, qua de causa, quia *Leo* exaltationis est domus, reliquis supereminet excellentia Sacramentis. Quod si in *Leone* ità feruet Sol, vt exuere faciat vestes: *Hostia sacra* pariter cū primùm se rotari sentit in asteriscum ♌ domus Iudæ, deponit *panis* vestimenta sua secus pedes consecrationis, & retentis solùm accidentium velaminibus ad carnem Saluatoris tegendam. *Exortus est Sol* inquit *cum ardore, & arefecit fœnum*, idest, annihilauit frumentum. Regnum *vitæ* sibi cum Sole commune, *qui manducat hunc panem viuet, &c.* perdit in ♎ in his puta, qui supernaturale Mysterium, naturalium rationum ponderibus librant, quando *Sola fides sufficit*.

EXTRE-

EXTREMA VNCTIO,

QVa *in exitu Israel de Ægypto*, oleo à sacrorum Hierarcha benedicto, per manus Sacerdotum, luctatorum, & pugilum more, liniuntur infirmi, vt ad certamen fortes, strenuique reddantur in pugna, imminente morte, cum hoste calcaneo insidiante, ineunda; ♂ symbolum defert, qui suos *Mauortios* ad bella, & inuasiones animosè disponit, impellitque. ♂ sedilia assignantur in *renibus*, *naribus* quoque præest, ex quibus feruor bilis accensę in chisti, & vaporantis ad cerebrũ exhalat; cui similis *Vnctio* vltima in vnaquaque istarum partium sedem *essentiæ*, *& effectus* collocat; *illius* quidem in vnica vnctione consistentis, & solùm septem expostulantis pro integritate, *istius* autem, quoniam in quacumque parte fiat, erigit ad prelium, & robur præstat contra tentationes, quibus in mortis articulo quatiuntur ęgroti. Etiam si paruulis detur *Sacramentum* est.

ORDO SACER.

QVatenus in Ecclesiastica Hierarchia *ordinat* gradus pręeminentes ad aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum, & *complete* ordinatis spiritualem impartitur potestatem reserandi, occludendique in *foro interno* fores regni cœlorum, iuxta dignitatem, vel indignitatem ingredi conantium, officia rependit ♃ cuius fatali lege manifestus hic manifesti mundi *ordo* disponitur, & cuncta æquis distributionibus moderatur, quomodo visum est Platoni, & vetustati placuit, pro qua Maro *Rex Iuppiter omnibus idem*. Sinistram *aurem*, & dexteram *manum* ♃ supponunt Astrologi: illa in Ordine *Clauis scientię* est, qua audit, & rimat peccata pænitentis; hęc *potestatis*, qua cùm dexteræ signo sententiam promulgat Sacerdos. Regnat cum ♃ in ♋ hominum porta vocato à Platonicis; quoniam depressa ♄ scilicet peccati malitia, æternę fœlicitatis *ostium* pandit.

MATRIMONIVM,

NQuæ legis Sacramentum, diù iam in naturæ officium institutum à Deo *Gen.2.* hac pręcipuè de causa simulacrum in ħ habere putatur, quoniam sicut per *hunc* per *illud* ità Hymenæa regi creduntur. Regit'inquam, & subleuat onera coniugij *Matrimonium, gratia* propria *Sacramentali*, intuitu *illius* coniugibus non ponentibus obicem data, quæ ab effectu *subleuatiua* nuncupatur. Quod ait Apollodorus, Saturnum *laneo vinculo alligari*, ad designandum fœtum in vtero animatum, cui ipse primo, & vltimo mense pręest, donec erumpat in lucem, mollibus interim naturæ vinculis detineri; mirificè *contractus* matrimonialis *nodum* pandit ex lege diuina *indissolubilem* in consumantibus, ad legitimam prolis procreationem, piam curam, religiosamque educationem, donèc patria liberetur potestate.

Pro Sapientia contra Samsonem
Columnas euertentem,
clauum firmabit;

Pro Planetis aduersus Macedonicum
Stellas sagittantem,
Clypeum parabit;

R. P. Ioan: Baptista de Burgo Collinæ
Lectore generali confortante;

F. BARTHOLOMÆVS qui supra,

In Delubro Omnium Sanctorum Florentię
Mense die Hora

AD Columnæ basim accessimus. Stylo supposita σπῖρα imum scapũ, Cylindri partem inferiorem, immediatè innixum, sustentat. In re nostra. *Res* vel cuipiam simile, natura sua alteri prior, & ad signandum plura indifferens, nomenclatura metaphorica apud Theologos, *Materia*, in ędificio ecclesiastico *Spirę* officium vindicat, quippè subdita scapis, & substentatiua, seù substrata formæ; tum *morali*, cuiusmodi sunt Verba; tum *physica*, qualis est significatio Sacramentalis. Ornant σπῖραν Sculptores *Plintho*, *Toro*, *Listello*, *&c.* quæ sunt in *Materia*, rationes quędam sacri signi, designati à Deo determinatique. Vnde res sacra instituta, & signata esse debet; adde, & inuariabilis secũdum substantiam; quoniam *fundamentum aliud nemo ponere potest, prater id, quod positum est*. 1. Corinth. c. 3. 11.

CAPI-

CAPITVLVM.

In Architectorijs, quod summis insidet scapis, κεφάλιον est cuius vario ornatu, variæ assurgunt speciæ columnæ, *Dorica, Ionicę, Corinthię, Compositęque*. In subiecta materia adest *forma*, de qua S. August. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*, compositum subaudi metaphoricum, denominatiuè sic. Quod dicit *verbum*, non pariat scrupulum de *formali, & concionatorio:* minimè *primum* exigitur; imò omne id distinctè, magisuè determinatè significans, & si propriè *verbum* non sit, *verbum* dici queit: *secundum* Hæreticis relinque. Sic designata *forma*, & iuxta intentionem Architecti cælata, *capitulum* insurgit, nobilior nempè columnæ pars; Capitulorumque instar, accidentali variationi subditur per *Astragalos, Hipotrachelios, Echinos, &c.* quæ sunt mutationes secundum *quantitatem, qualitatem, vbi*, vbi, *&c.*

SCAPVS.

COlumnæ *ſtylus*, vel *corpus*, Capitulo, & Spira arte commenſuratis firmatur; eſtque in ſacro Eccleſiæ ædificio figura quædam rationis, reſpectus nuncupata ſigni ad ſignatum, *rebus*, & *verbis*, vt vnum materiale phyſicum efficiunt, cui ipſa pariter exſtat ſimili modo forma, innixa. Referunt nonnulli interdùm *verbis* pręcisè, vt in Pœnitentia; interdùm *rebus* tantùm, vt in Euchariſtia, regi. Hos probabilitatis commendo. In vtroque tamen fundari æquè, & ſemper ſecuritati, & propoſito magis fauet; firmior namque eſt *στύλος*, quem *Spira* ſuſtentat, & *Capitulum* firmat. Pręterea, ſi in artefactis figura ſupra omnes partes materiales cadit, cur non ità figurare in *Sacramentis* artificialibus columnis Domus Sapientię? Vna eſt ergò penitùs, & indiuiſibilis *relatio*, qua totum ſenſibile *ex rebus* & *verbis* conflatum, ad *gratiam* refertur.

EPISTYLIVM.

SVpereminet *Capitulis* ἐπιστύλιον ad *testudinem* firmiter regendam illis superpositum. *Arcus* item antiquorum more, excisis columnis, extruxit Sapientia, fortassis in singularem memoriam, vel quasi monumentum triumphalis victoriæ à Christo reportatæ in Cruce, vbi fortiter dimicans hostes vicit, & *mortem nostram moriendo destruxit*. Mortem nostram, quæ per culpam est, perdidit; dum nobis merita *sanctificatione* proprio cruore vitam reparauit. Ecce fornix & testudineum hexaclinon, quo peccatores seruātur, & teguntur: *Iustificatio*: arcus fœderis positus in nubibus gratię, hoc est, in Ecclesię sacramentis, moralibus tantum *iustitiæ* latibulis. Libet ergò affirmare in mysticis columnis Sapientiæ, *gratiam* fore *Epystilium* fornicis nostræ *Iustificationis* sustentatiuum, & hoc semper, quando peccatorum pondere non premitur.

EVRYTHMIA.

Nouę domus Architecto de vniuersa structura curandum est. 2. Machab. 3. & pręcipuè de venustate aspectus, vel ingenua membrorũ proportione ευρυθμία Simmetrię species, nuncupata. Periti eam duplicem faciunt, agnoscentes *propriam* quæ inter se, & *prospectiuam*, quæ ad oculum, partium, modulos dicit. Iuxtà hanc exquisitam normam, omnium artifex Sapientia Domus suæ excidit columnas tali sculptas arte, vt *Eurythmia* potirentur *propria* earum rerũ, quarum sunt Sacramenta; & *prospectiua* fidelium, quibus sunt sacra symbola religionis. An verò omnium Columnarum Symmetrica proportio *Dorica* sit, vel *Ionica*, aut *Corinthia*? respondetur quod est *Hetrusca*, seu quarta ex his *composita*; quarè hispidum *Doricum* habet in *rebus*; moderatum *Ionicum* in *verbis*; & *Corinthium* ornatum, in *intentione*;

FIGV-

FIGVRA SECVNDA.

HABEBAT in dextera sua Stellas septem. Apoc. 1. Non modico Sacramento Ioannes in spiritu subuectus, vidit in medio candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, idest talari vestimento, omnia cooperiente vsque ad talos; denotans, quod ipse omnia peccata nostra, ignominiam, & nuditatem cooperuit. Quo autem instrumento id adeptus sit, *Habebat*, inquit, *in dextera sua Stellas septem.* Hęc sunt septem *Sacramenta*, suę pietatis, & misericordiæ dextera in militantis Ecclesiæ cœlo posita, quibus, tamquam sacris sideribus, cœlestibusque facibus, peccatorum tenebrę excutiuntur, gratiæ lux diffunditur, spiritualis vitæ influxus præstatur: data propterea vt sint Christianorum cœtui, quo mundo sensibili extant corpora cœlestia, & præcipuè septem stellæ nomenclatura *Planetæ*. Ex ijs proximè occurrit,

BAPTI-

BAPTISMVS.

PLanetarum primus sine quo cęteri consternati procumbunt, vti Cynocephalus non apparente *Luna*; cuius instar peccati originalis præest nocti, quam proprio gratię fulgore discutit, & si interdum fictionis interponitur densata caligo, patitur Eclypsim, & non dat lumen suum. Pręber hęc symbolica ☾ in tenebris iter populo terrę; dirigit pedes nostros in viam Ecclesię, & illi nos consignat indelebili nota. Quoniam verò *potestatem habet filios Dei fieri*, sicut ☾ geniturę pręsedit, & nostram spiritualem regenerationem *per aquam in verbo vitæ* operatur; hinc vt illa *in mari via eius*, tum *designationis* iuxta Iordanis vndas factę; tum *effectionis*, validè à ministro exercitę in aquis naturalibus, quibus qui non lauatur, haud saluatur, & si aliàs Iustus. Qui *ignem*, aut *sanguinem* dicunt Baptismi *materiam*, veluti canes latrant contra *Lunam* eamque vertunt in sanguinem.

CON-

CONFIRMATIO,

RAdijs emicat ☿ cœleſtis, *lingua*, & *neruorum* Præſidis ſecundum Aſtronomos, in *illius* namque collatione olim dona fore largita linguarum, & modo *neruum*, ſeu robur ad cõfitendum Chriſti nomen, tradunt Doctores, probantque exemplo Apoſtolorũ, qui confirmati coram Regibus, & filijs Iſrael, audacter *loquebantur varijs linguis magnalia Dei*, proteſtabanturue haud poſſe, *quæ viderant; & audierant, non loqui*. ☿ datur in ♊ diurnum, nocturnum in ♍ domicilium. Pariter in ♍ ideſt à nullo prius cognita extitit *initiatiuè* Confirmatio in nocte, qua tradebatur Chriſtus, dum cœnę ſermone de Chriſmate conficiendo edocentur ſeruuli. Manſit poſtea *completiuè* ſub diu in ♊ quando Apoſtolis creatis Epiſcopis, impartita eſt facultas confirmandi in gemino ſigno ſenſibili, puta Chriſmate ex *oleo*, *balſamoque* confecto; & verbis illis *ſigno te*, *ſigno crucis*, *&c.*

POENITENTIA.

CVm sit actiuè magis, minusue propriè passiuè *Pœna tenentia*, lugubrem quodãmodo induit pallam, & Hespera ♀ altera cogitur, dum suus Adonis ab apro conficitur (*fabula est Solis occidentis*) ideſt, Sol iustitię Dominus à culpę tenebris excipitur, luctu, & męrore contabescere. Hinc vti ♀ quę *ori* præfertur, maximam vim ostendit in humido ♓ contritę videlicet, seu attritę *Confessionis* signo, in quo exaltatur ad Sacramenti rationem vsque, & regnat spiritualis vitę locuples. Secùs in ♍ vbi deijcitur; quoniam si reus delicti, quasi ♍ sterilis, rorem non pariat compunctionis, *Pœnitentia* ♀ est quo ad Sacramenti venustatem, minimè tamen in vitalis gratiæ influxu; & si illi quoque dominetur ea diuina lege, qua semel in anno, per se imperat Baptizatis, quotquot accedente rationis vsu, legis substrauit iugo, culpa lethalis.

EVCARISTIA.

SIcut in specierum rotunditate panis, Solari corpori æquiparata *Solis* speciem refert, sic in ea verè Christus tamquam *in Sole posuit tabernaculum suum*, qui cùm *leo de tribu Iuda* sit appellatus, ☉ in ♌ dici queit, qua de causa, quia *Leo* exaltationis est domus, reliquis supereminet excellentia Sacramentis. Quod si in *Leone* ità feruet Sol, vt exuere faciat vestes: *Hostia sacra* pariter cū primùm se rotari sentit in asteriscum ♌ domus Iudæ, deponit *panis* vestimenta sua secus pedes consecrationis, & retentis solùm accidentium velaminibus ad carnem Saluatoris tegendam. *Exortus est Sol* inquit *cum ardore, & arefecit fœnum*, idest, annihilauit frumentum. Regnum *vitæ* sibi cum Sole commune, *qui manducat hunc panem viuet, &c.* perdit in ♎ in his puta, qui supernaturale Mysterium, naturalium rationum ponderibus librant, quando *Sola fides sufficit*.

EXTRE-

EXTREMA VNCTIO,

QVa in exitu Israel de Ægypto, oleo à sacrorum Hierarcha benedicto, per manus Sacerdotum, luctatorum, & pugilum more, liniuntur infirmi, vt ad certamen fortes, strenuique reddantur in pugna, imminente morte, cum hoste calcaneo insidiante, ineunda; ♂ symbolum defert, qui suos *Mauortios* ad bella, & inuasiones animosè disponit, impellitque. ♂ sedilla assignantur in *renibus*, *naribus* quoque præest, ex quibus feruor bilis accensę in chisti, & vaporantis ad cerebrũ exhalat; cui similis *Vnctio* vltima in vnaquaque istarum partium sedem *essentiæ*, *& effectus* collocat; *illius* quidem in vnica vnctione consistentis, & solùm septem expostulantis pro integritate, *istius* autem, quoniam in quacumque parte fiat, erigit ad pręlium, & robur præstat contra tentationes, quibus in mortis articulo quatiuntur ęgroti? Etiàm si paruulis detur *Sacramentum* est.

ORDO SACER.

QVatenus in Ecclesiastica Hierarchia *ordinat* gradus pręeminentes ad aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum; & *completè* ordinatis spiritualem impartitur potestatem reserandi, occludendique in *foro interno* fores regni cœlorum, iuxta dignitatem, vel indignitatem ingredi conantium, officia rependit ♃ cuius fatali lege manifestus hic manifesti mundi *ordo* disponitur, & cuncta æquis distributionibus moderatur, quomodo visum est Platoni, & vetustati placuit, pro qua Maro *Rex Iuppiter omnibus idem*. Sinistram *aurem*, & dexteram *manum* ♃ supponunt Astrologi: illa in Ordine *Clauis scientię* est, quą audit, & rimat peccata pænitentis; hęc *potestatis*, qua cùm dexteræ signo sententiam promulgat Sacerdos. Regnat cum ♃ in ♋ hominum porta vocato à Platonicis; quoniam depressa ♄ scilicet peccati malitia, æternę fœlicitatis *ostium* pandit.

MATRI-

Pro Sapientia contra Samsonem
Columnas euertentem,
clauum firmabit;

*Pro Planetis aduersus Macedonicum
Stellas sagittantem,
Clypeum parabit;*

R. P. Ioan: Baptista de Burgo Collinæ
Lectore generali confortante;

F. BARTHOLOMÆVS qui supra,

*In Delubro Omnium Sanctorum Florentię
Mense die Hora*

Pro Sapientia. contra Samsonem.
Columnas euertentem,
clauam firmabit;

Pro Planetis aduersus Macedonicam
Stellas sagittantem;
Clypeum parabit;

R. P. Ioan: Baptista de Burgo Collinæ
Lectore generali confortante;

F. BARTHOLOMÆVS qui supra.

In Delubro Omnium Sanctorum Florentiæ
Alonsæ ... die ... Hora

24